

Jure sanctæ Romanæ tenetis Ecclesiæ, nobis nostris que successoribus annuatim persolvatis, etc.

Ego Gelasius Ecclesiæ catholicæ episcopus.

Signum manus meæ : DEUS IN LOCO SANCTO SUO.

Ego Lambertus Ostiensis episcopus.

Ego Boso cardinalis.

A Ego Petrus diaconus cardinalis S. Nicolai in Carcere Tulliano.

Datum Arausice per manum Grysogoni, S. Romanae Ecclesiæ diaconi cardin. xiii Kal. Jan., indictione xii, Dominicæ Incarnationis anno 1119, pontificatus autem domini Gelasii secundi papæ anno primo.

ANNO DOMINI MCXIX

LAURENTIUS VERONENSIS

DIACONUS PISANUS

NOTITIA HISTORICA IN LAURENTIUM

(FABRIC., *Bibl. med. et inf. lat.*, IV, 251)

Laurentius Veronensis, diaconus Pisanus, tempore Petri II, archiepiscopi ab anno 1103 ad 1120 Pisani, scripsit carmine heroico *De bello Balearico, sive rerum in Majorica Pisanorum ac de eorum triumpho Pisis an. 1115, habito libros septem,*

*Cum fuit a Christo tecto velamine carnis
Centenus quintus decimus millesimus annus.*

Edidit Ughellus *Italiae sacrae* nov. edit., tom. X, pag. 127.

LAURENTII VERONENSIS

DIACONI PISANI

DE BELLO BALEARICO

SIVE

RERUM IN MAJORICA PISANORUM AC DE EORUM TRIUMPHO PISIS HABITO ANNO
SALUTIS 1115

LIBRI SEPTEM.

(Edidit UGHELLI *Italiae sacrae* t. X, p. 127, ad fidem membranacei codicis Viviani de Vivianis,
Insulani episcopi.)

INCIPIT LIBER PRIMUS.

Arma, rates, populum, vindictam coelitus actam A Exstitit, et Gallis, terraque agitatus in omnes.
Scribimus, ac duros terræ pelagique labores,
Geryonea viros sese per rura terentes,
Maurorum stragem, spoliata, subactaque regna
His igitur coepitis digneris, Christe, favere.
Terruit Hesperiam Latias revolutus in urbes,
Ruraque ubique frequens Gothis satis agnitus ille

In populos etenim Majorica levia fideles
Bella cruenta gerens lethalia sumpserat arma.
Cujus pertulerat rabies, violentaque classis
Ausonias, Siculas, et Graecorum regiones.
Hæc postquam castella, rates, villasque cremarat,
Cumque aris titulos templis violarat adustis,